horum natura cum sit conuertibilis. in eas se formas ~~uertunt~~ conuerterunt que sint
causis. ob quas diriguntur necessarii. Diximus iam quibus ex causis opor
tuerit heliam sic ad superna transferri. & ideo hic ignis est qui & mi
nister di. & ipsius iussione heliam leuaturus ad caelum currus. & equo
rum forma executurus iussa suscepit. Igitur si helias curru atq; equis
igneis ad caelestia transuectum se gloriatur. quanto magis maior haec
nostra quam credimus gloria est. ipsum scilicet dnm de inferis. de diabo
lo. de mundo. omnibusq; mundanis uirtutibus. tam gloriosum trophe
um ferentem. nullam angelorum operam. nullo adminiculo ministro
rum non ad caelum. sed ultra omnes caelos sola suae maiestatis ascendisse
potentia. Quod & uos quidem qui ad consequendum di munus acceditis.
tota fidei deuotione credentes percipietis ea quae dis pater daturum
se credentibus pmisit per xpm dnm nrm. cui est gloria in saecula
saeculorum. amen.

II. OMELIA SCI IOHANNIS IN NATL MACHABEORU

Quam speciosa & grata ciuitas nobis enituit. & totius anni diebus
splendidior dies hodierna praefulgit. Non deusitatis solis radiis
inluminata praeclarius. sed de lumine martyrum supra coruscum ful
goris micantem. inlustrata sublimius. Multas & enim solibus inlustri
ores martyres. & magnis luminarib; clariores. propter ea hodie
si dici potest. celo ipso ornatior. terra elatior. sed in hac cepar atione non
adtendas cinerem scorum corporum. nec fauillam reliquiarum carnis.
omniaq; ossa consumpta tem poribus. sed aperi oculos fidei. & uide eos
diuina uirtute & gratia sps sci amictos. & diuini luminis claritate radian
tes. Hi ergo ipsi de superno solis circulo. in terra radii xpo emittente iaciunt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0069